This table has been published in the volume : Anne Grondeux & Irène Rosier-Catach, *Priscien lu par Guillaume de Champeaux et son école : Les* Notae Dunelmenses *(Durham C.IV.29)*, Turnhout, Brepols, 2017, vol. I p. 377-392. It is reproduced here with the kind permission of the publisher (see pp. 377-396 for its full analysis).

*1a.* GPma ad *VIII.38 (404.22)*

| | *F* 31vb | *C* 38ra (main $C^1$), *K* 31va, *M* 55vb, *V* 48ra |
|---|---|---|
| | De tempore[1] | |
| [A] | QVONIAM QVOQVE OCCVRRERVNT (VIII.38, 404.22). Hucusque tractauit unum accidens uerbi, id est significationem siue genus, nunc ingreditur tractare de tempore et facit competentem transitum ad ea quae ipse est dicturus. Quasi quae potuimus recolligere quod uario genere uerborum tractauimus, ideo non oportunum est ut de tempore dicamus. Varium genus dicit quia actiua et passiua uerba quaedam et illa eadem uarium genus assumunt, quia absolute ponuntur id est actiua pro passiuis, passiua pro actiuis, neutra etiam quaedam mutant genus in compositione, et quaedam absoluta, quaedam non et deponentia uaria quia quaedam absoluta, quaedam non etc. Variationes incipit sic. | QVONIAM QVAE OCCVRRERVNT[2] (VIII.38, 404.22). Tractato uno accidenti[3] uerbi, id est significatione seu genere, ingreditur tractatum temporis[4], secundi scilicet accidentis, et facit competenter transitum. |
| [B] | TEMPVS ista uox ACCIDIT (404.24), id est conuenit, uerbo, id est uerbalibus uocibus, 'lego, legis' et ceteris non ad significandum sed <ad consignificandum[5]>. Tempus dicit ACCOMMODATVM (404.24), id est mutatum et commode datum istis uerbalibus uocibus. 'Tempus' enim[6] ista uox proprie imponitur rebus mundanis non quod esse earum designatione sed eo respectu quo ipsae res moram uel spacium existendi habent, et sicut iam non loquimur de rebus per tempus, sed de rerum mora, quae per se inest, hoc est mora rerum mutabilium. Vel spacium et tempus omne illud quod creatur significat quia in inceptione mutatio est, quia dissuoluetur et etiam non multis modis mutatur quia initio rerum mutatio est. | |
| [C] | TEMPVS ACCIDIT (404.24), id est conuenit, uerbo. | TEMPVS ACCIDIT (404.24), id est accidentaliter conuenit, uerbo. Et ut[7] ostendat tempus accidentaliter uerbo conuenire, conuenienti uoce utitur sic. |
| [D] | Tempus dico ACCOMMODATVM[8] (404. 24), id est iuxta principalem significationem[9] illi ACCOMMODATVM[10], id est commode datum. Quomodo iuxta principalem significationem et ad quam commoditatem[11] uerbo detur tempus supponit, scilicet[12] ad (*M* 56ra) SIGNIFICATIONEM DIVERSI ACTVS[13], id est ut actum uerbi[14], quod idem est[15], diuersificet[16]. Quod est dicere, cum uerbum principaliter[17] actionem inhaerentem significet[18], iuxta hanc[19] significationem secundario[20] datur uerbo tempus[21], ut eundem actum uerbi[22] diuersificet. Cum enim 'amo' et[23] | |

1. de tempore *F* $M^2$] *om. C KMV*
2. occurrerunt *KMV*] occurrunt *C*
3. accidenti *C KM*] de accidentibus *V*
4. temporis *C KV*] generis *M*
5. ad consignificandum *suppleui*] *lacuna F*
6. post enim] dicit *scripsit et expunct. F*
7. ut *C MV*] quod *K*
8. post accommodatum] uerbo *add. C*
9. p. s. *C MKV*] *tr. F*
10. accommodatum *F C*] commodatum *KMV*
11. commoditatem *C KMV*] commodatur *F*
12. scilicet *F KV*] *om. C*, id est *M*
13. actus *F KMV*] *om. C*
14. actum uerbi *C KM*] eundem uerbi actum *F*, diuersum a. u. *V*
15. quod idem est *KM*] *om. F*, quod est idem *C*, quod idem est quod *V*
16. *post* diuersificet] id est diuersum significet *add. F*
17. uerbum principaliter *F MV*] *tr. C*, uero principaliter *K*
18. actionem inhaerentem significet *C KM*] significet actionem *F*, a. i. –at *V*
19. *post* hanc] principalem *add. F*
20. *post* secundario] loco ab hac principali significatione *add. F*
21. uerbo tempus *C MV*] *tr. F K*
22. actum uerbi *F KMV*] *tr. C*
23. et *F C*] om. *KMV*

| | | |
|---|---|---|
| | ‘amaui’ et[24] ‘amabo’ significent eundem actum[25] quantum ad personam[26], ad numerum[27], ad modum, tempus uerbo[28] accommodatum actum illum diuersum facit. ‘Amo’ enim praesentem, ‘amaui’ praeteritum, ‘amabo’[29] futurum actum significat, et ita secundum diuersa[30] tempora actus in uerbo diuersificatur. Et accipit hic[31] large ‘actum’, scilicet pro actione et[32] passione. | |
| [E] | | Sciendum hanc uocem ‘tempus’ aequiuoce accipi, cum multas et uarias habeat significationes[33] de quibus alias. {βT1} Hic uero accipitur in designatione cuiusdam qualitatis uel actionis quae dicitur significatio temporis adiacens ipsis uerbis, gratia cuius[34] dicitur uerbo tempus accidere. Cum enim dicimus tempus accidit uerbo[35], idem est acsi diceretur[36], significatio temporis accidit uerbo. Omne enim uerbum temporis est[37] significatiuum, ut ‘legit’, hoc uerbum[38] quasi subiectum in se suscipit praesentis[39] significationem temporis, et hoc secundario, nam lectionis significationem primo suscipit[40].<br>{βT2} Potest etiam dici ‘tempus’, haec uox, in designatione quantitatis accidens uerbi, ut sic dicamus, ‘tempus accidit uerbo’, id est quantitas a ‘tempore’ designata conuenit uerbo per hoc[41] quod secundario designatur a uerbo, *sed haec*[42] *expositio accidentis impropria esse*[43] *uidetur.* |
| [F] | | {CT3} Vel ita, tempus accidit uerbo ad consignificandum circa hanc uocem ‘currit’, ‘legit[44]’. |
| [G] | | {βT3/CT4} Item sciendum tempus praedicabiliter[45] accidere uerbo. Potest enim dici ‘legit est[46] tempus’, id est significans actionem in tempore, quod absonum uidetur. |
| [H] | | Quando uero quaeritur ‘legit cuius est temporis’ sic potest sic exponi ‘legit quam quantitatem, id est quod tempus siue praesens siue praeteritum siue \futurum significat lectioni adiacere uel quid tempus siue praesens siue praeteritum siue[47]/ futurum adiaceat lectioni {=βT2} uel de qua collectione uocum tempus significatiuum sit, siue de collectione praesentis siue praeteriti siue futuri {CT5}[48]. |
| [I] | QVOD TEMPVS (404.24). Postquam dixit tempus accidere uerbo[49], et secundario uult determinare quomodo discernatur tempus in uerbo, scilicet in principio, in medio, in fine, et hoc[50] est quod tempus cum in[51] omnibus uerbis[52] in fine declinationis ostendatur, PLERVMQVE (405.1) id est[53] in multis[54] uerbis, OSTENDITVR uel in primis litteris declinati | |

24. et *F C*] om. *KMV*
25. significent eundum actum *C MV*] s. a. illum e. *F*, e. a. s. *K*
26. *post* personam] et *add. F*
27. *post* numerum] et *add. F*
28. uerbo *C K*] uero *F V*, *om. M*
29. facit … amabo *C KMV*] *om. per hom. F*
30. secundum diuersa *C MV*] per d. *F*, s. diuersum *K*
31. accipit hic *C KMV*] *tr. F*
32. post et] pro *add. K*
33. significationes *C KM*] designationes *V*
34. gratia cuius *C KM*] *tr. V*
35. tempus accidit uerbo *C MV*] u. a. t. *K*
36. ac si diceretur *KMV*] quasi dicat *C*
37. temporis est *KMV*] *tr. C*
38. uerbum $C^2$ *KMV*] *om. C*
39. praesentis *KMV*] *om.* $CC^2$
40. significationem … suscipit $C^2$ *KMV*] *om. C*
41. *post* hoc] uerbo *add. V*
42. haec *KMV*] *om. C*
43. esse *KMV*] *om. C*
44. uel … legit *C*] *def. in F KM*
45. Sur cette terminologie, qui disparaît totalement des *ND*, voir ROSIER-CATACH 2008a, n. 16 et LIBERA & ROSIER 1992, p. 130.
46. est *C KM*] post *V*
47. futurum … siue $C^2$] *om. per hom. C*
48. quando … futuri *C*] *def. in F KM*
49. tempus accidere uerbo *KMV*] a. u. t. *C*, *def. in F*
50. postquam … hoc *C KMV*] *om. F*
51. in *F C* $MV^2$] om. *KV*
52. *post* uerbis] in uerbis *iter. F*
53. id est *F KMV*] etiam *C*
54. multis *C KMV*] ultimis *F*

<table>
<tr><td></td><td colspan="2">uerbi, ut ‘ago, egi’, VEL IN PENVLTIMIS LITTERIS[55] (405.1-2), ut ‘perago, peregi[56]’. Hoc ideo[57] subiunxit ut ostendat quod uerbum[58] distinguit actus secundum diuersa tempora. Ex qua declinatione uerbi non tantum tempus[59], sed ETIAM PERSONAE ET NVMERI DINOSCVNTVR (405.2), sed diuerso modo, quia personae et nvmeri tantum in fine, ut ‘amo amaui’, sed tempus IN PRINCIPIO, IN MEDIO[60], IN FINE (405.5).<br>ITAQVE (405.4). A pari infert[61]. Quia declinatio uerbi secundum tempora fit[62] in principio et in medio secundum numeros et personas[63] in fine, ergo declinatio uerbi inuenitur moueri[64] IN PRINCIPIO[65] et IN MEDIO PLERVMQVE (405. 5) et[66] IN FINE (405.5) semper, cum DECLINATIO NOMINIS IN SOLO FINE MOVEATVR (405.4-5), quod sic est[67] accipiendum. Numquam in principio mouetur, aliquando enim in medio mouetur[68], ut ‘respublica, reipublicae’ compositum ex duobus nominatiuis. Vel[69] potest dici quod DECLINATIO NOMINIS IN SOLO FINE MOVETVR secundum illos qui dicebant ‘respublica, reipublicae’ in singulis casibus componi.<br>IN NOMINE ENIM (405. 6). Redditio causae quare nomen in solo fine declinetur, uerbum autem /C 38rb/ in fine et in principio et in medio, scilicet quia nomen secundum diuersos casus et numeros tantum declinatur, diuersitas autem casuum et numerorum /V 48rb/ in solo fine[70] ostenditur, ut ‘homo, hominis, homines’. Verbum autem[71] per diuersa tempora et diuersas personas et diuersos numeros declinatur. Si autem diuersitas temporum, personarum et[72] numerorum in solo fine ostenderetur[73], nimia confusio esset. Itaque placuit in quibusdam uerbis in principio uel in medio[74] tempora discerni, et hoc est[75], IN NOMINE ENIM[76] differentia casuum[77] et numeri tantum ostenditur ex declinatione.<br>HIC VERO (405.6). In uerbo ostenditur differentia temporis et personarum et numeri ex declinatione[78] ipsius uerbi.<br>SVNT IGITVR (405. 8). Quandoquidem tempus accommodatur uerbo ad actus distinguendos, IGITVR SVNT diuersa TEMPORA et uere diuersa, quia TRIA scilicet[79] /K 31vb/, PRAESENS, PRAETERITVM ET FVTVRVM /M 56rb/.</td></tr>
<tr><td>[J]</td><td></td><td>{T1} Nota secundum quosdam tempus significare quantitatem rebus mutabilibus adiacentem, quae per minimam sui partem existere perhibetur.<br>{T2} Secundum alios significat quandam quantitatem quae cum mundo habuit originem et cum[80] mundi forma desinet esse, quae secundum se inuariabilis est, sed quantum ad actiones nostras et ad planetarum motus praesens, praeterita, futura iudicatur.</td></tr>
<tr><td>[K]</td><td>Tempus definit Tullius esse ‘partem aeternitatis (De inv.1.29.39),</td><td>Quod spatium uidetur definire Tullius[81] sic, ‘Tempus est pars aeternitatis (De inv.1.29.39),</td></tr>
<tr><td>[L]</td><td colspan="2">scilicet spatium[82] mutabilium rerum’ quod est a principio mundi usque ad finem[83].<br>Philosophi autem[84] hoc spatium rerum mutabilium, id est tempus certis[85] partibus determinare uolentes soli et aliis planetis qui certo motu et aequa progressionis lege[86] suos exercent cursus illud ascripserunt spatium, quo[87] sol ab ortu[88] ad occasum mouetur, diem appellantes. Et ita ex solis et aliorum planetarum cursu et recursu, annos, menses[89], horas, momenta et alias certas partes distinxerunt quod in aliarum rerum uarietate[90] facere non poterant[91].</td></tr>
</table>

55. *post* litteris] ut ‘rego, rexi’, uel etiam in mediis *add.* $C^2$
56. peregi *F C KM*] *om. V*
57. ideo *C KMV*] uero *F*
58. uerbum *C KMV*] *om. F*
59. tantum tempus *F KMV*] *tr. C*
60. *post* medio] et *add. V*
61. a pari infert *C KV*] *tr. M*, *def. in F*
62. amo … fit *C KMV*] amas amamus tempora uero non tantum in fine ut amo amaui sed etiam *F*
63. numeros et personas *F C MV*] *tr. K*
64. *post* moueri] et *add. F*
65. *post* principio] et in fine *add. F*
66. et *F C MV*] lacuna *K*
67. sic est *F C KM*] *tr. V*
68. mouetur *F C KM*] modi dicitur *V*
69. uel *C KMV*] ut *F*
70. solo fine *F C MV*] fine *K*, fine solo $K^2$
71. autem *F C*] uero *KMV*
72. et *C MV*] et etiam *F*, *om. K*
73. ostenderetur *C KMV*] ostenditur *F*
74. medio *F C KV*] media *M* || in principio uel in medio ] *tr. V*
75. *post* est] quod dicit *add. F*
76. enim *F C K*] *om. MV*
77. casuum *C KMV*] *om. F*
78. hoc uero ... declinatione *F C KM*] *om. per hom. V*
79. scilicet *F C KV*] *om. M*
80. *post* cum] hac *add. KMV*
81. definire Tullius *KM*] *tr. C*, *def. in V*
82. uidetur … spatium *C KM*] *om. per hom. V*
83. scilicet…ad finem *F C MV*] *om. K*
84. autem *C KMV*] uero *F*
85. certis *F KMV*] in certis *F*
86. aequa progressionis lege *KMV*] equo proartisionis (?) l. *F*, equa lege p. *C*
87. quo *F KMV*] illud quod *C*
88. *post* ortu] solis *add. K*
89. annos menses *F KMV*] *tr. C*
90. rerum uarietate *C MV*] *def. in F*, *tr. K*
91. facere non poterant *C V*] *def. in F*, n. p. f. *K*, f. n. p. poterat *M* || quod ... poterant] *om. F*

| | | |
|---|---|---|
| | Si quis enim ex motu hominis iter[92] facientis certas temporis partes distinguere uelit, frustra laborabit, cum ille modo serius modo citius proficiscatur. Quod autem tempus[93] ex uarietate rerum[94] noscatur[95], planum est, si quis mente concipiat omnes res in quo statu[96] modo sunt permanere. Ita enim uidebit fugam[97] temporum in aeternitatis permanentiam[98] conuerti, et sic econtrario colligere[99] licet tempus nihil aliud esse quam spatium mutabilium rerum. | |
| [M] | Hoc uero tempus[100] secundum actus rerum in tria diuiditur[101]. Si enim actus solis meridianus modo sit praesens, id est prae oculis ex actu solis praesentis, praesens tempus uocabo[102] in quo sol est[103] in meridie. Rursus[104] quia actus alius solis, id est ortus eius[105], iam praeteriit, praeteritum tempus dicimus in quo sol ortus fuit. Similiter[106] quia alium[107] eius[108] /*M* 57ra/ actum futurum expectamus, id est occasum tempus in quo sol occidit futurum dicimus. Et similiter ex quibuslibet actibus aliarum[109] rerum secundum hoc quod[110] praesentes uel praeteriti uel futuri sunt[111], tempora[112] ipsa uel praesentia uel praeterita uel futura uocamus. | |
| [N] | Quippe quae nisi respectu mutabilium rerum nulla sunt. | Hanc autem temporis uarietatem ex uariis rerum[113] actibus procedentem Augustinus[114] considerans dixit, tempus est certa dimensio rerum[115] secundum moram et motum rerum mutabilium[116]. |
| [O] | SED PRAETERITVM (405.8-9). | SED PRAETERITVM (405.8-9). |

*1b.* GPma ad *VIII.38 (405.21)*

*F* 32rb, *C* (le f. 38v n'a pas été microfilmé, nous utilisons *I0* 103vb pour cette section), *K* 32ra, *M* 57rb

| *F* | *C KM* |
|---|---|
| | VIII.38 (405.21) TEMPVS ACCIDIT VERBO PRAESENS[117] PRAETERITVM[118]. Quod diffuse dixerat breuiter repetit[119], et est dicere: significatio praesentis temporis et significatio praeteriti et significatio futuri accidentaliter inest uerbis[120]. |
| Sequitur lata expositio. QVAMVIS. | Sequitur lata expositio. QVAMVIS ENIM[121] (405.22). Dixit[122] praesens tempus[123], praeteritum et futurum conuenire uerbo, quia tempus accidit uerbo. |
| Illud aduersatur qui ad festinantiam solis, in quo illud quod modo est futurum transit statim in praesens, et de praesenti statim in praeteritum, respicientes, tempora instabilitate sua ostendebant confundi, et sic nesciebant quomodo uerbali uoce praesens tempus uel praeteritum uel futurum possent | Sed quod tempus aliud esset[124] praesens, aliud praeteritum, aliud futurum, uidebatur impossibile quibusdam qui, respicientes ad festinantiam[125] solis, per quem illud quod modo est futurum statim transit in praesens, et de praesenti statim in praeteritum, tempora instabilitate sua confundi uidebant, et sic nesciebant quomodo uerbali uoce praesens |

92. iter *C MV*] non *F*, inter *K*
93. autem tempus *C KMV*] *tr. F*
94. uarietate rerum *F M*] *tr. C KV*
95. noscatur *F C*[2]] nascatur *C KMV*
96. in quo statu *F C*] in eo statu in quo *KMV*
97. fugam *F K*] figuram *MV*, figuras *C*
98. permanentiam *F KM*] permanentia *C V*
99. colligere *C KMV*] existimare *F*
100. *post* tempus] ut dictum est *add. KMV*
101. hoc … diuiditur *F C² KMV*] *om. C*
102. uocabo *F KMV*] uocabitur *C*
103. sol est *C KMV*] *tr. F*
104. rursus *C KMV*] similiter *F*
105. actus … eius *C KMV*] est actus … eius qui *F*
106. similiter *C KMV*] rursus *F*
107. alium eius actum *C KMV*] al. ac. e. *F*
108. 24 lin f. 56rb + 56va-b + 6 lin. f. 57ra *uac. cum signo in cod. M*
109. aliarum *C KMV*] et quarumlibet *F*
110. *post* quod] uel *add. F*
111. praesentes ... sunt *F KMV*] *tr. C*
112. tempora *C KMV*] tantum *F*
113. rerum *C MV*] *om. K*
114. augustinus *C MV*] *lac. K* ; pour cette référence, cf. introd. §2.3.6.3b.
115. rerum *KMV*] *om. C*
116. rerum mutabilium *KMV*] *tr. C*
117. tempus … praesens *non legitur in F*
118. uerbo praesens praeteritum *C*] <uerbo praesens> praeteritum futurum *F om. KM*
119. quod … repetit *C KM*] b. r. q. d. d. *F*
120. significatio … *C KM*] uerbis conuenit uerbo ut significet tempus praesens, praeteritum et futurum *F*
121. *post* enim] naturaliter instabili *add. I0*
122. dixit *I0 M*] dixerim *K*
123. praesens tempus *I0*] *tr. KM*
124. esset *I0 K*] sit *M*
125. festinantiam *KM*] festinentiam *I0*

<table>
<tr><td>significari, cum priusquam uerbum protulissent, futurum praesens, uel praesens praeteritum fieri non uiderent.</td><td>tempus uel praeteritum uel futurum discrete possent significare, cum priusquam uerbum protulissent, futurum praesens, uel praesens praeteritum fieri uiderent[126].</td></tr>
<tr><td>Et huic praemissae questioni sic aduersatur.</td><td>Et hanc dubitationem excludere uolens sic aduersatur.</td></tr>
<tr><td colspan="2">QVAMVIS tempus NATVRALITER (405.22), id est[127] sicut a conditore rerum natum et creatum est, VOLVITVR (405. 23), hic ad solem[128] respexit MOTV[129] INSTABILI, quia cum futurum moueatur et transeat in praesens, non ibi stat, sed statim transit in praeteritum. Et hoc est quod supponit ET PARS EIVS IAM PRAETERIIT (405.23), id est de praesenti fit praeteritum[130], et alia pars quae adhuc est futura[131] sequitur praeteritum, quia[132] fit praesens[133], et de praesenti statim fit praeterita, tamen AD ORDINATIONEM[134] NOSTRORVM GESTORVM (405.23-4), id est secundum gesta nostra ordinata et diuisa, id est praesentia, praeterita et futura, diuidimus tempora quoque, sicut ipsa gesta[135]. Quod est dicere: quamuis tempora naturali instabilitate confusa non possint[136] distingui, tamen secundum actus nostros, qui minus[137] sunt instabiles, diuiduntur et distinguuntur tempora. Si enim heri scripsi[138], hodie lego continue, cras sum disputaturus[139] hodierna lectio continuata, quia magnam moram habet, nec cito praeterit nec permittit ut futura /I0 104ra/ disputatio cito fiat praesens[140]. Itaque secundum hodiernam lectionem continuatam, quae quantum ad partem sui[141] praesens est, totum[142] hodiernum tempus[143] praesens iudicabo[144] et in designatione ipsius priusquam transeat potero[145] uti praesenti uerbo dicendo[146] ‘lego’, et similiter antequam[147] crastinum tempus praesens[148] fiat[149], possum dicere ‘disputabo’. Eo quoque[150] modo intellige in aliis[151] actibus nostris siue magnis siue paruis. VNDE IVRE PRAETERITVM IN TRES DIFFERENTIAS[152] (405.24-25), quia secundum gesta nostra tempora[153] diuidimus, ideo iure[154] praeteritum tempus in differentes partes distinguimus, quo iure supponit.</td></tr>
<tr><td colspan="2">NIHIL ENIM CERTIVS, VT DICTVM EST[155] (405.25). Ac si dicat, haec est conueniens[156] ratio quare praeteritum tempus in tria diuidatur[157], quia praeteritos actus nostros[158] in tres partes diuidimus, et hoc[159] bene possumus, quia certa sunt nobis[160]. Et uere sunt[161] certa, quia facile dinoscuntur AN[162] MVLTO /M 57va/ ANTE AN NVPER SINT FACTA (405.27-406.1) an cepta et nondum PERFECTA, et quia ita[163] est in actionibus nostris, quod aliae sunt praesentes, aliae praeteritae, aliae futurae[164]. Itaque nomen quod accidit gestis tempori imponimus hoc modo, PRAETERITVM TEMPVS (405. 25) et cetera[165].</td></tr>
<tr><td>(…)</td><td>Nota praeteriti imperfecti[166] uerbum designare actionem quandam[167] cuius quaedam iam pars praeteriit[168], pars restat.</td></tr>
</table>

---

126. uiderent *K*] uidetur *I0* uideretur *M*
127. id est *C KM*] *om. F*
128. solem *C KM*] *lac. F*
129. motu *C KM*] moto *F*
130. praeteritum *C KM*] *om. F*
131. e. f. *F KM*] *tr. I0*
132. quia *F I0 K*] id est *M*
133. fit praesens *C KM*] *om. F*
134. ordinationem *C KM*] ornationem *F*
135. s. i. g. *I0*] sic et ista digesta *F* et sicut et i. g. *K* id est sicut et i. g. *M*
136. possint *F K*] possunt *I0* possit *M*
137. minus *C KM*] nimis *F*
138. h. s. *C KM*] *om. F*
139. disputaturus *I0 K*] disputarus *M*
140. cras … praesens *C KM*] a mane usque ad uesperum, illa hodierna lectio tota quantum ad partes suas, licet moram habeat magnam, tamen totum illud spatium esse praesens dicitur, et tota lectio dicitur esse praesens, quia nec cito praeterita est, illa ita continuata, nec permettit ut futurus actus cito actus fiat *F*
141. partem sui *C KM*] se totam ea quidem *F*
142. totum *C KM*] totum ipsum *F*
143. hodiernum tempus *F I0 K*] h. diem *M* uel tempus *interl. M*[2]
144. praesens iudicabo *F I0 K*] i. p. *tr. M*
145. possum *C KM*] potero *F*
146. dicendo *I0* ] dicens *F KM*
147. antequam *C KM*] priusquam *F*
148. praesens *KM*] *om. I0*
149. *post* fiat] et crastina disputatio *add. F*
150. eo quoque *C KM*] eodem *F*
151. aliis *F*] *om. C KM*
152. praeteritum in tres differentias *I0* ] *om. F KM*
153. gesta nostra tempora *F I0 K*] t. n. g. *tr. M*
154. iure *C KM*] *om. F*
155. certius … est *I0* ] *om. F KM*
156. conueniens *C KM*] iusta *F*
157. i. t. d. *C KM*] d. i. t. *F*
158. p. a. n. *C KM*] praeterita gesta nostra *F*
159. et hoc *C KM*] quod *F*
160. sunt nobis *I0 M*] n. s. *tr. K*
161. uere sunt *M*] ubi est *I0* uere *K*
162. et … an *C KM*] utrum *F*
163. ita *I0 M*] *om. K*
164. et … futurae *C KM*] *om. F*
165. hoc … cetera *C KM*] *om. F*
166. praeteriti imperfecti *KM*] praeteritum imperfectum *I0*
167. actionem quandam *I0* ] *tr. KM*
168. praeteriit *I0 K*] praeterierat *M*

| | |
|---|---|
| | Habet autem[169] hoc ex propria inuentione sua, ut cum dico 'mane legebam quando ille[170] me uocauit', 'legebam' significat totam propositam lectionem, cuius quaedam pars praeterierat, quando ille uenit, pars restabat, siue autem completa post fuerit[171] lectio siue non, nihil interesse dicimus quantum ad naturam praeteriti imperfecti. Si uero aliquis inferat cum interdum eueniat perfici propositam lectionem, ergo nihil distat tunc inter 'legebam' praeteritum imperfectum, et[172] 'legi[173]' praeteritum perfectum – eandem enim lectionem significant – uerum est, sed in modo differunt /I0 104rb/, quia illud significat ut imperfectam, istud ut perfectam[174]. |
| (…) | Rursus cum interdum aliquo /*K* 32rb/ uocante me finem faciam[175] propositae lectioni[176], non rediturus ad eam, si 'legebam' totam propositam lectionem[177] significat, tunc illud quod fuit cum eo quod nunquam fuit significare perhibetur[178], quod uerum esse dicimus. Quid enim mirum[179] si 'legebam' totam propositam lectionem gratia partis significet[180], cum saepe inueniamus uerba sic[181] in oratione posita, ut de eo quod non fuit in actu rerum intellectum generent[182]. Nam cum me non legente dico 'lego', 'lego' quidem[183] actum non existentem in rerum natura significat et sic[184] multa alia, ut[185] quando scilicet mentimur. |
| (…) | Est tamen sententia quorundam uerbum praeteriti imperfecti temporis[186] non significare totam actionem, cuius pars[187] praeteriit, pars futura erat, sed eam tantum quae praeteriit gratia tamen eius partis quae futura erat. Sed secundum hoc praeteritum imperfectum non uidetur significare[188] semiplenum actum, quod Priscianus affirmat in Constructionibus. |
| VIII.39 (406.6) INSTANS AVTEM[189]. Praeteritum tempus ita diuiditur, sed INSTANS, id est praesens, EST INDIVIDVVM[190] (406.6). Hic nota eum agere de praesenti[191], quod est quasi punctus copulans praeteritum et futurum, non de eo praesenti de quo quaeritur in uerbo[192] 'cuius temporis ?' – illud enim partes habet quod praeteriit, quod est, et quod futurum est, hoc uero partibus caret. Sed quia compositum praesens gratia huius partis, scilicet suae[193], praesens dicitur, ideo de hoc instanti agit[194], et etiam[195] ut ostendat in significatione[196] huius indiuidui temporis nos non posse uti diuiduis et diuersis uocibus[197] sicut in praeterito utimur. QVOD, id est instans[198], VIX POTEST STARE (406.6), id est moram facere. Redditio est causae quare INSTANS dicatur, et[199] quia VIX POTEST STARE, VNDE MERITO A QVIBVSDAM /I0 104va/ ILLVD INSTANS NOMINATVR IMPERFECTVM (406.7), ut utrumque simul dicatur instans imperfectum, ideo quia ita parum stat ut cum ACTVS IN EO[200] SIT (406.8), in eo non possit esse perfectus. | |

169. restat… autem *I0* ] restabat et *KM*
170. ille *I0 K*] ipse *M*
171. post fuerit *K*] fuerit *I0 tr. M*
172. et I0 K] om. M
173. legi *M*] legit *I0 leg. K*
174. istud ut imperfectam istud ut perfectam *M*] *om. per hom. I0* , istud ut perfecta istud ut imperfecta *K*
175. faciam *I0 M*] faciat *K*
176. lectioni *KM*] lectionis *I0*
177. lectionem suppleui] *om. I0 KM*
178. perhibetur *KM*] prohibetur *I0*
179. post uidetur] uidetur *add. et expunct. K*
180. significet *KM*] significat *I0*
181. sic *KM*] om. *I0*
182. generent *I0 K*] generet *KM*
183. quidem *KM*] quidam *I0*
184. et sic *KM*] *om. I0*
185. ut scripsi] et I0 om. KM
186. imperfecti temporis *KM*] *tr. I0*
187. pars *KM*] pars non *I0*
188. significare *I0*] *tr. KM post* constructionibus
189. *post* autem] indiuiduum est *add. I0*
190. est indiuiduum *M*] *tr. F* est *lac. K* non diuiditur *I0*
191. nota … praesenti *C KM*] de uero praesenti loquitur *F*
192. uerbo *I0 M*] praesenti uerbo *K*
193. partis scilicet suae *KM*] suae partis scilicet *I0*
194. non … agit *C KM*] *om. F*
195. et etiam *C KM*] hoc autem ideo facit *F*
196. significatione *C KM*] designatione *F*
197. diuiduis et diuersis u. *M*] diuiduis uocibus et diuersis *F* diuiduis u. *I0* indiuiduis et diuersis u. *K*
198. i. e. i. *C KM*] *om. F*
199. et *C KM*] unde *F*
200. in eo *C KM*] ideo *F*

| | |
|---|---|
| | Sed obicitur: si ipsum instans imperfectum est, tunc[201] partibus constat. Imperfectum enim esse[202] dicitur cui deest aliqua pars. |
| Et uere merito 'instans' imperfectum nominatur quia non est imperfectum non est instans, et hoc est quod dicit, NISI ENIM (406.7) sit imperfectum, id est si fuerit perfectum, scilicet ut in eo sit notus, non potest intelligi actus adhuc esse in eo, hoc est non est praesens cum adhuc actus non sit in eo, sed iam sit perfectus et praeterierit. | Ad quod respondendum[203] aliter hic accipi 'imperfectum', quasi scilicet[204] non praeteritum[205] et ualde artum. NISI ENIM (406.7). Vere[206] merito 'instans' dicitur[207] imperfectum, quia actus eius intelligitur nondum transisse, et hoc[208] probat destruendo consequens sic. |

## *1c.* GPma ad *VIII.51 (414.9)*

| *F* 33vb | *C* 41rb, *K* 34va, *M* 60rb |
|---|---|
| De cognatione temporum quod superius promisi deinde tractemus. EST QVAEDAM COGNATIO praesentis. De uocibus intellige hoc esse dictum. Praemettit enim uoces esse cognatas ut consequenter ostendat uoces ipsas ex rebus idest significatis suis habere hanc cognationem habere, et est tale ac si dicat quaedam cognatio est praesentis cum praeterito imperfecto et futuro. Vox praesentis temporis cognationem habet cum uoce praeteriti imperfecti et cum uoce futuri temporis. | VIII.51 (414.9) EST QVAEDAM COGNATIO. Proposuit superius temporum inter se cognationem se tractaturum, sed uolens quaedam[209] quae de tempore dixerat repetere, et etiam quaedam ualde utilia addere[210], eandem cognationem tractare hucusque distulit. Illis uero diligenter pertractatis temporum cognationem prosequitur[211], quae cognatio maxime consideratur in uocibus ipsis, quomodo scilicet praeteritum imperfectum, et[212] praeteritum perfectum, et[213] futurum a praesenti nascantur[214], praeteritum uero plusquamperfectum a praeterito perfecto. Sed tamen ipsos uocum inuentores ad rerum cognationem animum retulisse manifestum est. |
| | Continuatio. De temporum[215] cognatione[216] agendum est. EST autem QVAEDAM COGNATIO PRAESENTIS TEMPORIS (414. 9) et cetera, id est actionum et passionum a uerbis[217] PRAESENTIS TEMPORIS et praeteriti imperfecti et futuri designatarum[218]; uel praesentis temporis CVM PRAETERITO IMPERFECTO ET FVTVRO (414.9-10), id est praesentis actionis cum praeterita imperfecta et futura, et hae duae expositiones ad idem tendunt. Vel praesentis[219], id est uerbalium uocum[220], praesens tempus significantium[221] cum uocibus praeteriti imperfecti et futuri. |
| 'Lego' enim et 'legebam' et 'legam' similes uoces sunt in prolatione. Et iterum[222] est cognatio uocis praeteriti perfecti cum uoce plusquam perfecti, ut 'legi' cum 'legeram'[223]. | |
| | Nota[224] hoc tam[225] bene posse |

201. in add. M
202. esse *I0*] *om. KM*
203. respondendum *scripsi*] respondet *I0, om. K,* R. *M*
204. scilicet *KM*] significet *I0*
205. praeteritum *KM*] perfectum *I0*
206. uere] iterauit *K*
207. merito instans dicitur *I0 M*] i. d. m. *K*
208. hoc *KM*] *om. I0*
209. quaedam *C K*] *om. M*
210. addere *C K*] adiungere *M*
211. prosequitur *C M*] persequitur *K*
212. et *C K*] *om. M*
213. et *C K*] *om. M*
214. nascantur *C K*] nascatur *M*
215. temporum *C M*] praeteritum *K*
216. cognatione *C K*] cognationem *M*
217. a uerbis *C K*] *tr. M post* temporis
218. designatu *cum lac. K*] designatorum *M*
219. temporis *add. M*
220. uocum *C K*] *om. M*
221. praesens tempus significantium $C^2$] praesens *C*, praesentis id est *K*, cum praesenti t *M*
222. iterum *F KM*] item *C*
223. legi cum legeram *C*] legi uel legeram *K* legi legeram *F M*
224. *ante* nota] PRAESENS TEMPVS *add. K*
225. tam *K*] tamen *C*

<table>
<tr><td></td><td></td><td>legi de rebus sicut de uocibus, sed sequens littera[226], ista /C 41va/ scilicet[227] ALIA AVTEM[228] VERBA PRAESENTIS temporis etc. melius uidetur uelle de uocibus et tamen gratia rerum. Notandum etiam quod omnia uerba praesentis temporis[229] ex hoc quod sunt praesentis temporis significant rem cuius pars praeteriit, pars est[230] futura, pars est in instanti, exceptis substantiuis in quantum sunt substantiua et uocatiuis in quantum sunt uocatiua[231].</td></tr>
<tr><td>VIII.51. PRAESENS TEMPVS (414.10-11), significatio est uocis praesentis temporis exponit ut cum haec significatio sit cognata significationi uoci<s> praeteriti imperfecti uel futuri ex cognatione significatorum merito ipse uoces cognatae inter se esse uidentur ut diximus, et continuatio, ita cognatio est praesentis temporis et praeteriti imperfecti, praesens autem tempus idest uox praesentis dicitur proprie cuius pars praeteriit et pars futura est. Vocem praesentis temporis dixit habere partes quantum ad significatum.</td><td colspan="2">VIII.51. PRAESENS TEMPVS (414.10-11). Quia dixerat praesentem actionem cognatam esse praeteritae, imperfectae et futurae, uel uerbum praesentis temporis cum praeterito imperfecto et futuro habere cognationem, ne quis ignoret praesentis naturas[232] actionis uel praesentis significationem temporis uerbi, ideo quid sit[233] praesens actio uel uerbi[234] praesentis temporis significatio exponit et sic continuat. COGNATIO EST PRAESENTIS TEMPORIS (414.9) et praeteriti imperfecti, ut expositum est. Sed PRAESENS TEMPVS, id est praesens actio, PROPRIE DICITVR illa PARS CVIVS PRAETERIIT (414.10-11) et cetera. Et nota hic agi de praesenti actione quam significat uerbum quod dicitur praesentis temporis, non de instanti quae uix existit. Vel potest dici de[235] uoce quia[236] illa uox proprie dicitur[237] praesentis temporis, CVIVS PARS PRAETERIIT (414. 11) et cetera, nec hoc secundum uocem, sed secundum suum significatum[238].</td></tr>
<tr><td colspan="3">Partes enim significati, partes erunt significantis eo modo quo significantur. PROPRIE dixit[239] propter uocem praesentis temporis imperatiui uel optatiui[240] quae cum praesens tempus dicatur, non significat actum cuius pars praeteriit[241], quia quod optatur uel imperatur nondum inceptum est[242], sicut iam dictum est[243].</td></tr>
<tr><td colspan="3">CVM ENIM (414.11). Reddit causam[244] quare dixit CVIVS[245] PARS PRAETERIIT, PARS FVTVRA EST. Et non addidit[246] ‘cuius[247] pars praesens est’, cum instans actio aeque bene pars sit praesentis, ut praeterita et futura[248], quasi dicat: non est[249] mirum si non addidi</td></tr>
</table>

226. littera *K*] litteram *C*
227. scilicet *C*] secundum *K*
228. autem *C*²] *om. C K*
229. etc. … temporis *C*²] *om. per hom. C K*
230. p. p. e. C] om. per hom. K
231. nota … uocativa *C K*] *om. (per hom. ?) M*
232. naturas *C K*] naturam *M*
233. quid sit *C K*] quod fit *M*
234. uerbi *C K*] uerbum *M*
235. de *C K*] in *M*
236. quia *C K*] quod *M*
237. proprie dicitur *C M*] *tr. K*
238. suum significatum *C K*] *tr. M*
239. dixit *C K*] dicit *F M*
240. uel optatiui *C KM*] *om. F*
241. praeteriit *C K*] sit praeterita *M*
242. quae … est *C KM*] quae non significat praesens tempus, id est praesentem actum, cuius pars sit praeterita, quia quae imperantur uel optantur nondum incepta sunt *F*
243. iam dictum est *C KM*] supra diximus *F*
244. r. c. *C KM*] redditio cause *F*
245. cuius *C KM*] *om. F*
246. addidit *F C M*] addit *K*
247. cuius *C KM*] *om. F*
248. est … futura *C KM*] et est acsi *F*
249. est *C K*] om. *F M*

<table>
<tr><td colspan="2">‘cuius pars illa actio[250] instans est[251]’; nam propter minimam sui existentiam uix uidetur posse dici pars illa actio, et hoc dicit[252] aequipollenter cuius TEMPVS (414.11), id est actio, uel ipsum[253] spatium semper VOLVATVR INSTABILI CVRSV MORE FLVVII (414.12). Illud tempus uix[254] potest punctum habere in praesenti, id est uix potest[255] esse simile puncto, adeo parum durat[256].</td></tr>
<tr><td></td><td>Vel aliter. Probat quod praeterita et futura actio partes sunt praesentis, quia pene tota actio[257] diuiditur in praeteritum et futurum /*M* 60va/, cum illa quae est instans uix possit stare, et hoc est[258] aequipollenter CVM TEMPVS (414.11-12) et cetera.</td></tr>
<tr><td colspan="2">Et quandoquidem illius actus nulla pars[259] potest esse in praesenti, ergo[260] MAXIMA PARS EIVS VEL praeterita[261] VEL FVTVRA EST. MAXIMA (414.13-14) dicit[262] propter illud tantillum quod in praesenti fit.</td></tr>
</table>

250. illa actio *C*] *om. KM*
251. illa … est *C KM*] est praesens *F*
252. dicit *C K*] *om. M*
253. propter … ipsum *C KM*] cum tempus id est *F*
254. tempus uix *C KM*] *tr. F*
255. punctum … potest *M*] *om. per hom. C K*
256. id est … durat *C KM*] et ideo illud quod fit in tam minimo praesens pars nullo modo debet uocari *F*
257. tota actio *C M*] *tr. K*
258. aequipollenter *C K*] *om. M*
259. pars *C KM*] *om. F*
260. ergo *C K*] igitur *M*
261. praeterita *C K*] praeteriit *M*
262. dicit *C KM*] dixit *F*